# ¶ Officiũ in die ſancti Franciſci de Paula cõfeſſoris inſtitutoris ordinis Minimorum.

1092

¶ Toleti.

1552.



Ora pro nobis San-
cta dei genitrix.

L. 1092

¶ In feſto ſancti Frãciſci de paula confeſſoris Inſtitutoris ordinis minimorum.

¶ In primis veſperis. añ.

De torrente lachrymarũ Frãciſcus in via bibẽs: caput exaltauit in patria. ps. Dixit dñs. Cum reliquis. In ac. Laudate dñm oẽs gentes. añs. Laudatio eius manet in ſeculum ſeculi: cui timor domini initium ſapientię ſemper affuit. añ. In memoria ęterna erit iuſtus: ab auditione mala nõ timebit. añ. Suſcitat dominus de terra inopem: ⁊ de ſtercore erigit pauperem. añ. Confirmata eſt ſuper nos miſericordia dñi in ſeruo ſuo Franciſco.

¶ Capitulũ Eccleſiatici. xlv.

Dilectus deo ⁊ hominibus: cuius memoria in benedictione eſt ſimilem illum fecit in gloria ſanctorũ: ⁊ magnificauit eum in timore inimicorum: et in verbis ſuis monſtra placuit. Hy.

Brutio natus pater hic beatus Paula quẽ mũdo peperit ruente: quẽq̃ miraclis retinet coruſcum gallica tellus.

Valuit terris humilis videri: reb⁹ in cũctis minimuſq̃ dici: celſus vt tandem ſuperum cateruis eſſet olympi.

Hinc ſuos omnes minimos vocari cenſuit fratres: humiles vt eſſent: ac beatorum valeant ⁊ ipſi cœtibus addi.

Ad ſuum demum tumulum frequenter: languidis cũctis tribuit medelã: ſępe cõfert ⁊ miſeris rogat⁹ dona ſalutis.

Hinc videt cœci: graditurq̃ recte claudus: auditum capit atq̃ ſurdus: mortui ſurgunt: recipitq̃ mut⁹ organa vocis.

Gratias trino peragant et vni iam deo cuncti pariter fideles: qui beat iuſtos humileſq̃ mente tollit ad aſtra. Amen. ℣. Eſurientes impleuit bonis. ℟. Et diuites dimiſit inanes. Ad magñ. añ. Deponens potentes de ſede dominus exaltauit humilem Franciſcũ. Hodie exultet ſpiritus noſter in deo ſalutari noſtro. Oratio.

Deus humilium celſitudo: qui beatum Franciſcum de Paula confeſſorem tuum: ſanctorum tuorũ gloria ſublimaſti: tribue queſumus: vt eius meritis ⁊ imitatiõe promiſſa humilibus pręmia: fęliciter conſequamur.

¶ Ad matutinum. Inuitato.

Chriſtum dominum exaltantem humiles. Venite adore

mus. ps Uenite. Hymnus.

Hic pr ſanctus minimis vocatis: dat ſuis normã genitis beatam: qua poli recto mereantur oras ſcandere curſu.

Hic pius: iuſtus: fuit ꝛ pudicus: abſtinẽs: prudẽs: humilis benignus: regis ęterni teneris ab ãnis iuſſa ſequẽdo.

Uita iam cuius celebris per orbem extitit ſignis redimita miris: quandiu ſacros vegetauit eius ſpũs artus.

Atqꝫ defunctus fruitur ſupernę gaudijs vitę: ſimul et choreis iunctus ęternis: recipit ſupremi prẽmia cœli.

Gloria ſummo domino canamus: qui ſupernorũ retinẽs habenas: ſecla totius moderatur ẽui trinus et vnꝰ. amẽ.

¶ In primo noctur. añ Tanquã lignum plãtatum ſecus decurſus aquarum: fructum dedit in tempore ſuo: ꝛ foliũ eius non defluet. ps Beatus vir. añ Seruiuit domino in timore: ꝛ exultauit ei cũ tremore. ps Quare fremuerũt. añ Ad dominũ clamauit: et exaudiuit eum de monte ſancto ſuo. ps Dñe quid multiplicati. ℣ In lege dñi fuit volũtas eiꝰ. ℟ Die ac nocte.

C Ex relatione dñi Iacobi ſimonetę auditoris rote: ad leonem decimum: ſuper vita ſancti Frãciſci de Paula ordinis minimorum inſtitutoris. Lectio prima.

Cum ſemper ꝛ vbiqꝫ diuina benignitas hominibus prę ſto eſſe ſolet: tum cœleſtis beneficientię largitas in nos effundi maxime videtur: cum ſummus rerum opifex: ꝛ moderator eo maieſtatis ſuę culmen immenſum inclinat: vt iuxta pſalmographum: inopem de terra ſuſcitet: ꝛ de ſtercore ſubleuatum pauperem cum principibus populi ſui collocet. Quã multi fuere ſuperioribus ſęculis: quos alioquin obſcuros ꝛ omni terrenę glorię ſplendore deſtitutos: ſic ęternum diuinę gratię lumen illuſtrauit vt: ꝛ pręcipuã in terris venerationem mererentur: et precioſiſſimã in cœlo ſanctitatis coronam conſequerentur. ℟ A puerilibus annis Franciſcus in dei timore educatus: futurę ſanctitudinis ſpecimen prębens. Aſſiduis vigilijs ꝛ ieiunijs corpuſculum macerabat. ℣ Puer autẽ Samuel proficiebat: atqꝫ creſcebat: ꝛ placebat tã deo ꝙ hoibus. Aſſiduis. Lectĩo. ij.

Non eſt huius tanti muneris ętas noſtra penitus expers. Reſpexit nos ex excelſo ſancto ſuo dominus: et in tenebras (quibus cœca mortalitas inuoluitur) quaſi nouę lucis radios beatũ Frãciſcum de Paula nuper emiſit. Is in oppido calabrię: cui Paulę nomen: infimo loco natus: iam inde ſtatim ab infantia futurę probitatis ſpecimen dedit. Eluceſcebant in tenellis annis igniculi, quidam: ex quibus erupturam fore ingentis virtutis flammam appareret. ℟. Pueritiam pręclaris moribus pertranſiẽs: dei templa aſſiduis orationibus frequẽtabat. Et dei verbũ magno affectu audiebat. ℣. Hęc ⁊ his ſimilia ſecũdum legẽ dei puerulus obſeruabat. Et dei. Lectio .iii.

Vix tertium decimũ attigerat ętatis annũ: cũ ducẽte ſancto ſpiritu receſſit in eremum. Ibi prima diuinę militię ſtipendia fecit: et ad nonum decimũ vſqꝫ tyrocinij rudimẽta poſuit. Mox quia ſupręmus imperator tã egregium militem ducendis ordinibus in eccleſia deſtinarat: relicta ſolitudine fratres in cœnobium recepit. Sed quo magis ętas procedebat: amplioribus etiam incremẽtis ſanctitas proficiebat. ℟. Conuerſationem hominum: quę ſępe animam lędit: adoleſcens factus deſerere conſtituens. Relictis parẽtibus clam eremum petijt. ℣. Bonum eſt viro quum portauerit iugũ ab adoleſcentia ſua: ſedebit ſolitarius ⁊ tacebit. quia leuabit ſe ſuper ſe. Relictis parenti. In .ij. noctur.

Añ. Mirificauit dominus ſanctum ſuum: ⁊ exaudiuit eum. Ps. Cum inuocarem. Añ. Introiuit in domum tuam dñe: adorauit ad templũ ſanctum tuum in timore tuo. Ps. Verba. Añ. Videt cœlos tuos domine: opera digitorũ tuorũ: lunam ⁊ ſtellas quę tu fundaſti. Ps. Domine dominus noſter. ℣. Lętentur omnes q̃ ſperant in te domine. ℟. In ęternum exultabunt: ⁊ habitabis in eis. Lectio quarta.

Iam non ſolũ celebre nomen eius erat apud calabros: verum quod imprimis mirũ videri debet: hominis mendici ⁊ in extremo Italię angulo prope modum deliteſcentis ad Ludouicum vndecimum Gallorum regem fama penetrauit. Qui cum in-

credibili tam rari viri deſide
rio teneretur: cũ multis pol
licitationibus ſollicitatũ in
Galliam ad ſe pellicere ſtu
duit. At vbi nihil animũ to
tius mundi contemptorem
mouit regię magnificẽtię ma
gnitudo: confugit demũ Lu
douicus ad apoſtolicę ſancti
tatis authoritatẽ: ⁊ ita factũ
eſt: vt beatus Franciſcus de
Paula Sixti tunc maximi
pontificis iuſſu (cui non pa
ruiſſe nephas putabat) ad re
gem profectus fuerit: apud
quem ſummo fuit in honore.
℟. Diuini amoris calore ac
cenſus: Delitias huius ſęcu
li tanq̃ virus ſerpentium ex
horrebat. ℣. Quicũq; volue
rit amicus eſſe ſęculi huius:
inimicus dei conſtituetur.
Delitias. Lectio quinta.
Admirabať rex ille cele
ſtẽ hois in terris vitam
⁊ animũ corꝑe cõcluſum oĩa
corporis deſideria vincere.
Quin ei⁹ p̄ſentiã certiſſimũ
ſibi rebuſq; ſuis p̄ſidiũ ⁊ in
expugnabile toti⁹ regni mu
nimentũ exiſtimabat. Et id
recte qdẽ. Quid em̃ ad pla
cãdũ deũ ⁊ aduertendas im
minẽtes calamitatũ ꝓcellas
innocentiũ p̄cibus efficatius?
℟. Vigilijs cõtinuiſq; ieiu
nijs attritus. Nunq̃ a labo
ribus ceſſabat: niſi cum ora
tioni diuiniſq; rebus intẽde
bat. ℣. In labore ⁊ fatiga
tione nocte ac die operãtes:
nec quẽquã grauem⁹. Nũq̃
a laboribus. Lectio ſexta.
Turones vrbẽ gallię lõ
ge nobiliſſimã delegit:
vbi primũ in illis regiõibus
ſedẽ figeret. Breui coaluit
ſemẽ ſanctiſſimę vitę: qđ in
agro dñi ſparſit: et vberes
fruct⁹ lõge lateq; diffuſum:
⁊ propagatum edidit. Non
ſolũ in oĩbus fere Gallię par
tibus: ſed in Hiſpania Ger
maniaq; per multa conſtru
xit monaſteria: quibus nec
religioſorum frequẽtia: nec
operis magnificẽtia deeſt.
Taceo q̃ prius ante ꝓfectio
nẽ in Galliã: in Calabriã iu
uenis admodũ ędificauerat.
℟. Quũ lõge lateq; eius fa
ma diffunderetur: multi ad
eũ imitãdũ cõuenerunt: qui
bus. Et ſi mundanarũ litera
rũ ignarus eſſet: diuino tñ af
flatus ſpiritu: regulã dedit: q̃
toti⁹ religiõis perfectionẽ
cõplectitur. ℣. Que ſtulta ſũt
mũdi elegit de⁹: vt cõfundat
fortia. Et ſi mundanarum.
In. iij. nocturno an. Locut⁹
eſt veritatẽ in corde ſuo: nõ

egit dolū in lingua ſua: ps. Dñe q̄s habitabit. añ. Da bis eū dñe in bñdictionē in ſclm ſcli: letificabis eū i gau dio cū vultu tuo. ps. Dñe in virtute. añ. Innocēs manib⁹ ꝛ mūdo corde: nō accepit in vanū aiam ſuam. ps. Dñi eſt terra. ℣. Deſiderium cordis ei⁹ tribuiſti ei dñe. ℟. Et vo luntate labiorum eius non fraudaſti eum. Lectio vij.

Illud vero quem non agat in ſtuporē: ꝙ ru dis homūculus nulla prorſus literarū cognitiōe: rerū omniū egētiſſimus tm̄ potuerit: vt inter exteras na tiones lingua moribuſq̄ diſ ſonas: nouā religionē tā faci le fundauerit: ꝛ auctā intra paucos annos ad maxime ce lebritatis faſtigiū euexerit: preſertim cū nulla ſit nec ar ctior: nec durior: vt incredibi le videatur inueniri: vel pau cos potuiſſe: quos abſciſſa nimis ſeueritate nō deterre ret. His q̄ nomen in eā dede rint cibis oibus preter qua drageſimales interdicit. ℟. Ut oipotens dñs oſtēderet: quātū in cōſpectu ſuo Fran ciſci cōuerſatio placeret. De dit ei gratiā demōes ab ob ſeſſis corporibus eiſciēdi: et infirmos omni ſpe deſtitu tos curādi. ℣. Qui credit in me opera q̄ ego facio et ipſe faciet: ꝛ meiora horū faciet. Dedit. Lectio octaua.

In reliq̄s etiā oīb⁹ vi uēdi normā leges cō ſimili rigore conſtrin gūt. Nec in indumētis: orō nibus ieiuniis: ac variis cor poris maceratiōib⁹ q̄cq̄ (niſi forte ſupra nature mortalis tollerātiā) reperies. Moue rat hui⁹ ꝓfeſſiōis et diſcipli ne ṗnceps ꝛ auctor diligēti bus deū: nec aie nec corpis vires ad extrema queq̄ pa tiēda deeſſe: ſ; hūanā imbe cillitatē (ſicubi fortaſſis labo rat) diuine potētie ṗſidio cō firmari. Nec id alieno ma gis ꝑceperat exēplo: q̄ ſuo depḣēderat experimēto. ℟. Dū obitus ſui diē adeſſe co gnoſceret btūs Frācic⁹ vo catos ad ſe fratres ad mutuā charitatē hortatus: quē ſibi ſucceſſorē deligerēt noiauit quouſq̄ gn̄alis fratrū cōuēt⁹ Rome celebraret. Sicq̄ mi grauit ad dñm. ℣. Quū mori tur⁹ eſſet Moyſes vocauit Joſue ꝛ dixit ei corā oi Iſ rael: confortare et eſto robu ſtus Tu eñ itroduces popu lum iſtū in terrā: quā dñs ſe

baturum promiſit. Sicq; migrauit ad dñm. Glria. Le ix.

I Nſtruebant eius menſam (vt hic aliquid de vita hominis: et moribus particulatim ſcribendi ſumã exordium) panis et aqua: inde pocula: inde epulę. Quod ſi corpuſculũ neceſſarijs alimentis fraudatũ deficeret: ad olera aut legumina deſcẽdebat. Uini modicum et raro adhibebatur. Hac refocillatione reintegrabatur mẽbrorũ vigor exhauſtus. Cibum ſemel tantum in die capiebat: et eũ ſub noctis tempus. ¶ Si vltima lectio fuerit ponẽda de homelia ferię: Die ſequenti: et ſic per ordinẽ: alijs diebus infra octauã ſemper incipietur a lectione omiſſa. Ad laudes. aña. Mirabilis in altis dñs in ſeruo ſuo Franciſco. ps. Dñs regnauit. cum reliquis. añ. Seruiuit dño in iuſticia: introiuit in conſpectu eius in exultatione. añ. Memor fuit tui dñe ſuper ſtratũ ſuũ in matutinis meditabatur in te. añ. Bñdicite ſancti et hũiles corde dño. añ. Exaltauit dñs manſuetos in ſalutem. Capitulũ et hymn9 vrs ad veſperas. ℣. Reſpexiſti dñe humilitatẽ meã. ℟. Saluaſti de neceſſitatibus aĩam meã. Ad bñdictus. aña. In ſanctitate et iuſticia domino ſeruiuit Frãciſcus omnibus diebus vitę ſuę ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius: ad dirigendos pedes eorũ in viã pacis. Oro vts in veſpis. Ad primã. aña. Ex omni tribulatione eripuiſti me et inimicos meos deſpexit oculus meus. Ad tertiam. añ. Dediſti ei intellectum domine: et ſcrutatus eſt legẽ tuã: et cuſtodiuit eã in toto corde ſuo. Capitulũ. Dilectus. vrs. ℟. bre. Ambulabam in latitudine. ℣. Quia mãdata tua exquiſiui. In latitudine. Gloria pri. Ambula. ℣. Loquebar. Ad ſextã. añ. Dilexit domine mãdata tua ſuper aurũ et topazion: et omnẽ viam in quã lodio habuit. Capitulũ

G Loꝛificauit eum in cõſpectu regũ: et iuſſit illi corã populo ſuo: et oſtendit illi gloriam ſuam. ℟. bre. Loquebar de teſtimonijs tuis: in cõſpectu regũ. ℣. Et nõ cõfundebar. In cõſpectu. Glria. Loqbar. ℣. Lucerna. Ad nonã. aĩ. Appropinquat depꝛecatio ei9 in cõſpectu tuo dñe: viuet aĩa ei9 et laudabit te. Capitulum.

IN fide ⁊ lenitate ipſi⁹ ſā ctū fecit illū: ⁊ elegit eū ex omni carne. Audiuit eñ vocē ipſius: ⁊ induxit illū inu nube: ⁊ dedit illi cor ad pręce pta: ⁊ legē vitę ⁊ diſciplinę. Rn̄. bre. Lucerna pedibus meis: Xbū tuū. ℣. Et lumē ſe mitis meis. Uerbū. Glia. ℣. Declaratio ſermonū tuorū illuminat. ℟. Et intellectū dat paruulis. ¶ In ſcđis ve ſperis fiat ſicut in pmis. Ad magnificat. añ. O felix dies ⁊ iocunda: qua Franciſcus de Paula peracto hui⁹ vitę cur ſu: depoſitis ſenilibus mem bris: de ima lachrymarū val le: in ſublimen aulā: ⁊ de via in patriam receptus eſt. Gau deat fratrū minimorū cōuen tus: ⁊ magnificet anima no ſtra dñm: quia fecit magna ꝗ potēs eſt: ⁊ ſanctū nomē ei⁹. Oratio vt s. ¶ Infra octaua de nullo fit feſto: ſed poſt oc tauā celebrātur: ⁊ dicitur of ficium virginis.

¶ Pro ſecūdo die. Lectō pri ma: ex relatione Jacobi Si monete.

NOn deſūnt ꝗ affirmēt: dū contēplationi totus intendit: ſępe biduum vel tri duū inediam pertuliſſe: quā rem ex eo cōiectant: q꞉ cibus a fratribus miniſtrātibus in cellam illatus: per totidem dies intactus conſpiceretur. Pedes nullis nec ęſtate: nec hyeme muniebantur calcia mētis: ſed nudi ferebantur ꝑ rigētes niues: per feruentē puluere: ꝑ fœdū lutū: ꝑ aſpe ros lapides: ꝑ aculeatos ve pres: illęſi tñ ſemꝑ: vt nec fri gus cōgelaret: nec ęſtas adu reret nec cœnū inqnaret: nec calculi ꝓmerent: nec ſentes ferirent. Mandauerat enim dñs angelis ſuis: vt cuſtodi rent eū in oibus vijs. Lec. ij.

VEſtis erat id genus: vt nec ad leuandos calo res: nec ad defendēdos algo res: ſed ad vnā tm̄ corporis nuditatē velandā cōparan da foret: vilis ⁊ obſcita: ⁊ vni ca: cuius vſum finiebat diſſo luta nimis longo vſu textu ra. Reliquit veſtē vnā (im mo verius fragmenta quę dā veſtis) ⁊ reliquias fratri bus in monaſterio: qđ iuxta Paulā extruxerat. Ea maxi ma eſt apud populos illos in veneratione: quod inde ſolo cōtactu diuini numinis pręſentia votis rñdeat. Lec. iij.

NUnc operę preciū eſt: attendere in quā durā ſeruitutē corpus redegerit:

alios quos diurn⁹ labor fati gauerit: nocturna qes exci pit: vt inde recreent. At: q̄ tādē qes huic erat? In ere mo p̄buit cubilis vicem nu dū ſolū. In cenobio dū apd calabros ageret: artus feſſi tabulę cōmittebant. In gal liis ſtrato ex ſarmentis vſus eſt. Ita cū qetē petebat: tūc etiam grauiſſime corpus af fligebat. Lectio quarta.

Nullas horas ſine fructu p̄ter fluere nihil tp̄is: nec momētū q̄dē: fruſtra pe rire: paſſus eſt. Nunq̄ vlla ceſſatione ſe remiſit eius vir tus: intentus ſemp̄ erat ani mus. Ante lucē in tēplū ex cellula ꝓgrediebat ad oran dū. Deinde opatis ſacris: re diuina p̄ ſacerdotē facta. Nō nūq̄ hymnis oībus (quos di ſtinctis horis eccl'ia deo ca nit) auditis: in cellulam ſe recipiebat. Lectio quinta.

Ibi p̄ces iterū repetebā tur. Ibi tātus eū contē plationis inceſſebat ardor: vt frequēs ⁊ cōſtans opinio ſit: ad celeſtia ſpū rapi per ſę pe ſolutū. Quin ⁊ angelorū choros celitus ad eū deſcē diſſe ferūt Argumento ſunt pſalentiū in cellula concen tus auditi. Nec aliud in cau ſa fuiſſe crediderim: qd Ca rolū olim octauū Gallorū re gē nō admiſerit: cū alioquin ad oſtiū inſtarent miniſtri: regē adeſſe nuntiātes: niſi q̄ terrenum principem negle xit: dum ineffabilē regis re gum ⁊ dn̄i dominantiū ma ieſtatē contēplaretur. Lc. vi.

Secedebat nōnunq̄ in hortulū: quē manib⁹ ſuis colebat. Ibi ne tū quidē cum opus faceret: a di uinis erat alienus: nam aut orabat: aut oranti ſimilis vi debatur. In monaſteriorū fabrica p̄mas egit inter ope rarios partes. Non ſatis ha buit q̄ pectus ſuū ita przpa raſſet ⁊ excoluiſſet: vt viuum eſſet dei tēplū. Studiū etiā adhibuit: vt deo ſedes: ⁊ ſer uis eius manuum labore cō ſtitueret. Lectio ſeptima.

Illud nequaquā hoc lo co prętereundum vide tur: q̄ licet vnica veſte tantū (vt ſupra diximus) vteretur: et in ardentiſſimis caloribus ſeſe variis laboribus exerce ret: nihil in eo tamen olidi: nihil immundi fuit vnq̄ ani maduerſum: immo nitorem illuuies illa et odoris ſua- uitatem neglectus corporis cultus prę ſe ferebat: pater-

cum ad eum ornandum vir
tutum omnium cœtus velu
ti quadam cōſpiratione con
ueniſſet. Lectio octaua.

Eminebant inter cęte
ras humilitas et pa
tientia: ſummus erat
ſuę religionis antiſtes: quē
generalem vocant. Et cū tā
to magiſterio fungeretur:
ad infima tamen ſeſe viliſſi
mis q̄buſq; miniſterijs abij
ciebat. Ampliſſimam digni
tatem ratus: ſi diligētiſſime
commodis aliorum inſerui
ret Patientia fuit inuicta:
quem non voluptatum ille
cebrę labefactare: non gra
uis ſenectus de gradu deij
cere: non peregrinatio con
cutere: non aduerſa valitu
do expugnare potuerit.

Lectio nona.

Idem ſemper fuit: eodē
vitę tenore ſemper ſibi
conſtitit. Sed qui tam ſeue
ram in ſeipſum ageret cen
ſuram: vt inexorabilem: etiā
vbi flagitabat aliquid ſubſtē
taculi corporis neceſſitas: ſe
prębeRet. Reliquos incredi
bili benignitate complecte
batur et fouebat. Religio
ſos ſuos errantes interdum
(vt humanę conditionis fert
fragilitas) ſic caſtigauit: vt a
paterna charitate clementia
q̄s nō abeſſet caſtigatio.

¶ Pro tertio die. Lectio
prima. Ex eadem relatione.

Non defuerunt obtre
ctatores: q̄ maligni
tatis ſuę virus in eū
funderent: et ſanctiſſimam
vitam tanq̄ inſaniam: aut ſi
mulationem impudenter et
nefarie criminarentur. Hos
ſicut homo non audiens et
non habens in ore ſuo redar
gutiones: et ſuſtinuit forti
ter: et ſpreuit conſtanter.
Multi poſtea: qui linguas
ſuas tanq̄ gladios exacue
rant: tanti ſceleris peniten
tia ducti palinodiam facere
non erubuerunt: hominis
innocentiam paſſim prędicā
tes: et delictum ſuū publice
confitentes.

Lectio ſecunda.

De caſtitate vero q̄d
attinet dicere? Nā
quis eum ad extre
mū vſq; corpus incorruptū:
et mentem puram integrita
te virginali cuſtodiſſe neget?
Qui non dum pubeſcens in
ſolitudinem ſeſe relegaue=
rit: ne vlla prorſus mundi
contagione pollueretur: et
aīam ſuā tanq̄ hoſtiā imma
culatā a teneris deo dicarit.

An vllis illū caro geſtiēs ſti
mulis incitaret: in quo pene
demortua lāguebat? An vo
luptas vlla titillatione ſenſꝰ
emolliret? q̄ contra delitias
oēs diriguerant? Lectio .iij.

E Xcubabat peruigil: ⁊ oc
culatiſſimus cuſtos: ⁊ in
ſtatione ſemper habebat ani
mum: ne qua vis irrūperet:
ne qua fraus irreperet. Adi
tus oēs: quibus mortalium
infirmitas tentari pōt: mu
nierat aduerſus impetum et
hoſtiles inſidias. Quamuis
autē frequentiā hominū re
fugeret: et cellulę ſolitudinē
amaret: per quā in celū con
ſcendebat: ⁊ deo cōiungeba
tur: mira tamē humanitate
patuit adeuntibus: quos va
rijs perturbationū morbis
implicatos: varijs etiā (ſicu
ti res poſtulabat) medela-
rum curationibus proſeque
batur. Lectio quarta.

E Latos ⁊ tumidos coer
cebat humanę cōditio-
nis admonitio. Calamitoſos
⁊ animo fractos erigebat di
uinę miſerationis expecta-
tio. Merentiū lachrymas de
tergebat plena ſapientię cō
ſolatio. Quā multus illi ſer
mo de cōtemptu diuitiarū:
de mundi deſpicientia. Qui
bus verborū facibus audien
tium animos ad amplexan-
dam virtutē ⁊ euangelicam
diſciplinā capeſſendā accen
debat? Quid quod inter alia
diuini ſpiritus chariſmata:
q̄bus abūdauit: dono quoq̄
vaticinij non caruit. Multis
futura p̄dixit: ⁊ p̄dictioni fi
des euētus non defuit. Lc .v.

M Ultis que fęde comiſe
rant (cum inexplorabi
libus ea cōſcientię ſuę late-
bris tegi putarent: aperuit.
Qui mox hominē introſpe-
xiſſe mirati: quę patere ſoli
deo poterant: ad ſanitatē re
dierunt. Iā fortiſſimus at-
hleta decurſo ſumma cū lau
de ſtadio metā attigerat: et
diem adeſſe ſentiēs: qua cer
taminis a deo coronā acci-
peret: vocatos ad ſe fratres:
primū ad cōcordiā ⁊ mutuā
charitatē colendā hortatus
eſt: ⁊ religionē quā vouerāt:
conſtanter ⁊ fideliter obſer
uandā. Cū de ſucceſſore deli
gēdo mādata dedit: nomina
uitq̄ quē ſibi pręſulē ſuffice
rent: donec in ſequentem an
num totius religionis Ro-
mę conuentus haberetur:
in quo publicis fratrum ſuf
fragijs antiſtes crearetur.

Lectio ſexta.

A Deo pius et prouidus
parens: vt filiorũ curã:
quã mors finiebat: poſt mor
tem etiã extenderet. Migra
uit apud Turones letus et
exultans anno a natali chri-
ſtiano milleſimo quingente
ſimo ſexto: cõputando more
gallicano: Romano ꝟo mo-
re: milleſimo quingẽteſimo
ſeptimo: ſue vero etatis no-
nageſimo primo: die que no
bis dñice paſſionis memoriã
ꝛ lucrũ anniuerſariũ refert.
Cũ pridie licet quatriduum
ante vehemẽtiſſima febri cõ
flictatus in templũ proceſſiſ
ſet: ibiqȝ cũ reliquis fratri-
bus euchariſtiam religioſe
ſumpſiſſet. Lectio ſeptima.

Incredibile eſt: quot po
pulorũ agmina: quan-
tã vtriuſqȝ ſexus: et cuiuſli-
bet etatis multitudinẽ fama
de huius hominis obitu pro
priis ſedibus exciuerit. Con
fluebant plenis vndiqȝ viis
ad viſendũ corpus nondum
ſepulture mandatũ. Venera
bantur hoſpiciũ illud nobi-
liſſimum: in quo tã inſignis
anima diuerſata fuerat: ob-
ſculabãtur membra que tot
ſanctorũ operũ fuerunt in-
ſtrumenta. Cuius ſingularẽ
in terris pietatẽ ꝛ beneficẽ-
tiam ſenſerãt: eiuſdem in ce
lo implorabant apud deum
opem. Lectio octaua.

Nec vane ſupplicantium
erãt preces: nihil nega
bat tã fidelis ſerui meritis
ꝛ interceſſionibus diuina be
nignitas. Poſtulare vide-
tur hic locus: vt miraculorũ
ſeriem recenſeã. Sed cũ ni-
mia eorũ ſit copia: paucis at
tingenda nõ puto: que ſpa-
cioſi voluminis hiſtoriã deſi
derant. Adde ꝙ adeo vulga
ta ſunt: preſertim apud cala
bros: ꝛ pene omnes gallia
rũ partes: ꝛ populos: vt nar
rationis noſtre teſtimonio nõ
egeant. Quod ſi quis paulo
curioſior rẽ exactius noſce
re cupit: acta perquirat: ꝛ ex
cutiat: q̃ mirifice per beatũ
Franciſcũ de Paula patra
ta: ſcriptores alij ſumma di
ligentia pariqȝ fide retule
runt. Lectio nona.

Illud ego ſatis habeo te
ſtari: qđ deus optimus
maximus in ipſius Frãciſci
de Paula gratiã: ſic homi
num votis dexter ꝛ volens
adeſt: vt cecorũ caligo diſcu
tiatur. Mutorũ lingua vincu
lis exoluat᷑: ſurdorum aures
aperiant᷑. Taceo claudos am
bulãtes: leproſos mũdatos:

dęmoniacos liberatos: et cu
ratos morbos q̄s: medecina
deplorauerat. Reſtituit etiā
furioſis quies: et inſanis mē
tis ſanitas confertur. Quod
priſcis temporibus aut nun
ꝙ: aut raro contigit.

¶ Pro quarta die. Ex bul
la Leonis pape. Lectio .i.

Nouiſſime vero dieb⁹
noſtris celeſtis ille
agricola vineam ſuā
(more ſolito) viſitans: virum
fortem ad huiuſmodi vineę
culturā adduxit: glorioſum
ſcilicet confeſſorem beatum
Frāciſcum de Paula ſuper
no cetui merito ſociandum:
immo verius ſociatum: qui
inter cęteros Chriſti athle
tas ſuis meritis ⁊ exemplis
ipſam ſanctam eccleſiam: di
uina cooperante gratia: mul
tipliciter decorauit: pręſen
tiſq; temporis caliginem ſuę
lampadis fulgore mirabili
ter illuſtrauit. Lectio .ii.

Ipſe enim aduerſus mū
dum: carnem: ⁊ dęmonē
fortiter dimicauit: ac in odo
rem ſuauitatis altiſſimi cur
rēs: copioſam vtriuſq; ſexus
fidelium multitudinem ſalu
briter poſt ſe traxit: ac (velut
effuſam ſuper faciem terrę)
religioſam profeſſionis ſuę
generationē dereliqt: vt a[d]
illuminationem gentium c[e]
lebris ſui memoria (tanꝙ r[a]
[d]ilum ſydus) in eccleſię fi[r]
mamento ſeruaretur. De[h]
ius quidem origine: vita[...]
ribus: ⁊ fama: nec non mir[a]
bilibus (quę in pręmium ſan
ctitatis eius deus mūdo mul
tipliciter oſtendere digna
tus eſt: ne de tam celebri vi
ro etiam poſteritas ipſa re
maneat ignara) pauca ex
multis duximus recenſen
da. Lectio tertia

Conſtat ſiquidē in re
gno Neapolitano in
ter brutios ⁊ lucanos
Paulę oppidum ſitum eſſe
quod itinere vnius diei a Cu
ſentia illius prouincie metro
poli diſtat. Inde originem
traxit. Iacobus martolilla.
Illi proximum eſt caſtrum
folſcaudi: vbi nata eſt Vien
na: quondā ambo in fide xp̄[i]
baptizati et confirmati: a[c]
(vt veri catholici) educati[.]
Qui inuicem ſecundum ri
tum ſanctę Romanę eccle[ſię]
matrimonium contrahēte[s]
et (vt fideles decet) cōiuge[s]
mutuam charitatem: vitec[q;]
honeſtatem ſeruantes: diu
cohabitarunt. Ex hoc matr[i]
monio beatus Franciſcus d[e]

[P]aula procreatur. Lec. iiij.
Ui sacri baptiſmatis fōte lauat⁹: ⁊ chryſmatis sacramento confir[mat]us: ab eiſdemq; parenti[bus] ſub dei timore et amore [edu]catus insigne ſpecimen [sancti]tatis future pre ſe ferens: [s]olitudinem ⁊ religionem dl[i]gere: ac orationibus ⁊ ieiu nijs aſſidue vacare cepit. Que cum eius parentes ani[m]aduertiſſent: ipſum annū [ci]rciter decimum tertiū agē[tem] (iuxta votū per eos emiſ[sum]) domui ſancti Francisci [ci]uitatis ſancti Marci obtu[lerunt]. In qua puer in ſortē [...]ini electus: anno per eū [e]xacto: nullaq; profeſſione emiſſa: vocatis parentibus: eos vt ſe ad eccleſiam ſancti Francisci de aſſiſio: ⁊ ſancte [Ma]rie de angelis deuotio[nis] cauſa ducere vellent [...] [r]ogauit. Lectio quinta.
Ui pio eius deſiderio annuentes: ſeſe itineris comites pre[bent]. Quibus eccleſijs [...] viſitatis: in patriam [re]uerſus: idem beatus (ſan[cto] ſpiritu inſpirante) ad ec[cle]ſiam conſtruendam ani[mum] addixit: ipſeq; primus [fun]damenta effodere cœpit. Quo inter vicinos diuulgato vndiq; ad opus iuuādum concurritur. Alij operi incumbebant: nōnulli calcem: lapides: cementa: et alia id genus futuro edificio neceſſaria deportabant. Lctō. vj.
Fertur etiā tunc fratrē quendā ſctī Frācīci habitu īdutū ex improuiſo beatū Frāciſcū de Paula increpaſſe: q tā anguſtā edē facere incœpiſſet: eandemq; demoliri ſibi mandaſſe: ac aliā maiorem deſignaſſe: beatoq; Franciſco de Paula aſſerenti ſibi vires ad tam ingens opus perficiendum non ſufficere: diuinitus reſpondiſſe: deum omnipotentem ei nullo pacto defuturum: eueſtigioq; diruptis muris euanuiſſe. Unde (nō immerito) pleriq; illū beatū Frāciſcū fuiſſe exiſtimarūt. Lctō. vij.
Poſtridie vero nobilis qdā cuſentinus ſuperuenit: q eidē btō pro edificāda eccl'ia magnū auri atq; argētī pōdus obtulit. Tū iuxta ſitus deſignationē eccleſiā notabili forma nō paruo ſumptu cōſtruere cœpit. Nunq̄ a laboribus ceſſabat: niſi cū oratiōi diuiniſq; reb⁹ intendebat. Qui et ſi vigi-

lijs continuiſq; ieiunijs ma
xime eſſet attritus: lapides
tamen: calcem ⁊ ligna aliaq;
ad fabricā neceſſaria: ꝓprijs
etiā humeris deferre nō de
ſinebat. Lectio octaua.

ERat adeo in loquendo
hūanus atq; affabilis:
vt nullus vnq̄ ad eū acceſſe
rit: quin mellifluis eius ver
bis delectatus: ⁊ incredibili
quadā ſermonis dulcedine
captus: et quaſi diuino ſpiri
tu repletus ab eo receſſerit.
Humilitatē ei⁹ etiā inſtituti
per eū ordinis cognomentū
oſtendit. Quod: vt is omniū
minimus eſſe volebat: ita mi
nimorum dici cenſuit ⁊ inſti
tuit. Eiuſdē etiam ordinis in
ſtitutor et gn̄alis correctoꝛ
exiſtēs: omnium ſe infimum
(quoad poterat) exhibebat:
⁊ ad omnia etiā ſeruilia ope
ra (vt ⁊ ceteris hūilitatis pre
beret exemplū) deſcendere
non dedignabatur. Lectō.ix.

QUippe diſcipulis ſuis
diſcūbētibus miniſtra
bat: ſepeq; eccleſiā ⁊ altaria
verrebat ⁊ mūdabat: ac para
menta: ⁊ alia ad diuinū cultū
neceſſaria cōponebat: aliorū
q; fratrū (etiā nouitiorū) in
dumenta proprijs manibus
abluebat. Et cum iuuenis ad
huc eſſet: calabriamq; incole
ret: nūq̄ (niſi nudis pedib⁹)
etiā per glacies: niues: mon
tes: ⁊ acuta ſaxa: vepres: ſpi
naſq; incedebat: nullāq; ex
eo (etiā grauiſſimo ſepe pon
dere preſſus) leſionē in pedi
bus patiebatur. Ipm ſepius
ignem nudis pedibus cōcul
caſſe: ac ignitos candenteſq;
lapides manibus portaſſe: li
quido conſtat;

¶ Pro quinta die: ex eadē
bulla Leonis pape. Lectō.j.

ADmirabilis erat vite
eius auſteritas: q̄ pro
pterea admirabilior cenſen
da eſt: quia in pueritia: ado
leſcētia: iuuentute: ſenectu: ⁊
decrepita eius etate: inter
labores: vigilias: ieiunia: ab
ſtinentias: innumeraſq; cor
poris macerationes eūdem
pene viuendi modum ſerua
uit. Horū ⁊ plurimorū aliorū
ſanctorū operū ratione ha
bita: adeo ſancti ſpiritus gra
tia hominē complexa eſt: vt
pijs eius meritis ⁊ precibus
in Chriſti nomine demones
a corporib⁹ humanis ſepius
eiecti: plureſq; infirmi diuer
ſis morborū generib⁹ oppreſ
ſi: ⁊ iā a medicis deſtituti: ac
morti propinqui: priſtine ſa
nitati reſtituti fuerint. R.ij.